

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Diascepsin Hanc Theologicam De Coelo Beatorum**

**Pfaff, Christoph Matthaeus  
Bardili, Eberhard Ludwig  
Maercklin, Friedrich Jacob**

**Tubingae, 1722**

**VD18 15032876-ddd**

§. VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130208](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130208)

§. VIII.

Sunt tamen, qui rem determinent aiantque, π̄ illud esse creatum & vel in materiale vel spirituale, etsi situm ejus definire nolint. Argumenta eorum sunt desumpta I. ex appellatione coeli beatorum. Vocatur civitas, domus, tabernaculum, paradifus, templum, locus. Vide supra §. 3. II. ex ipsius creatione Gen. 1. v. 1. Pl. 33. v. 14. Prov. 8. v. 27. III. ex Apostolicâ assertionem Hebr. 11. v. 10. 2. Cor. 5. v. 1. IV. quia implicat, coelum beatorum esse increatum. V. quia expressè dicitur creandum Jes. 66. v. 22. 2. Pet. 3. v. 13. Si verò coelum beatorum post consummationem seculi erit coelum creatum, quidni & ante consummationem seculi? Matth. 25. v. 41. Ubi & hoc notandum, illam creationem non esse ex nihilo sed saltem innovationem. Ita Jes. 65. v. 17. & Ecclesia Novi Testamenti dicitur novum coelum & nova terra, quæ tamen per creationem ex nihilo haud producta fuit. Et hæc est, uti jam diximus, sententia CALIXTI (u), DANNHAUERI (x), FECHTII (y), atque ex veteribus DAV. RUNGII (z).

§. IX.

Qui π̄ beatorum increatum esse ajunt, ita rationes suas componunt. Et I. quidem provocant ad silentium Scripturæ sacræ, quæ nullibi istam creationem memoret. II. Ajunt, coelum beatorum dici coelum novum Jes. 65.

C

v. 17.

(u) Vide HULSEMANNI respons. ad appendicem CALIXTI dialysi apologeticæ problematis Calixtini adjunctam p. 413. sqq. Adde tamen CALIXTUM de supremo judicio p. 123. 124. (x) in hodol. p. 762. 763. 1479. sqq. & in hodom. Spir. Calv. p. 814. sqq. (y) in lect. Theol. in Syllogem p. 195. 196. (z) Vide CALOV. Syst. Loc. Theol. T. 3. p. 1012. sqq. & maximè B. MEISNERUM in Phil. Iob. P. 1. p. 455. 456.